Ex quâ mundo lux eſt orta :
Gaude, Virgo glorioſa,
Super omnes ſpecioſa :
Vale, ô valde decora,
Et pro nobis Chriſtum exora.

v. Dignare me laudare te, Virgo ſacrata :

R. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

ORAISON.

COncede, miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium, ut qui ſanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, interceſſionis ejus auxilio à noſtris iniquitatibus reſurgamus; Per eumdem Chiſtum Dominum, &c.

AUTRE ANTIENNE.

REgina cœli lætare, alleluia.
Quia quem meruiſti portare, alleluia.
Reſurrexit ſicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

v. Gaude et lætare, Virgo Maria, alleluia.

R. Quia ſurrexit Dominus verè alleluia.